



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XII. Vt sine consultu metropolitani nullus ordinetur episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

gelii auctoritatem , vt nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

XII..

Nūmidius episcopus * Massylitanus dixit : Alii episcopi usurpatione quadam existimant , contempto primate cuiuslibet prouinciae suæ , ad desiderium populi , episcopum ordinare , sine literis ad se primæ cathedræ manantibus , neque postea acceptis. Quid de hoc statuit sanctitas vestra? Genadius episcopus dixit : Quoniam communis est honorificentia , quam vnicuique seruari oportet , id ipsum fraternitati vestræ conuenit pronuntiare. Ab vniuersis episcopis dictum est : Placet omnibus , vt in consulo primate cuiuslibet prouinciae , tam facile nemo præsumat , licet cum multis episcopis , in quocumque loco sine eius (vt dictum est) præcepto episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit , tres episcopi , in quocumque loco sint , cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum.

Dicitur, 31.
Placet omnibus.

XIII.

Genadius episcopus dixit : omnia ergo , quæ a vestro cœtu glorioſiſſimo statuta sunt , placet ab omnibus custodiri ? Ab vniuersis episcopis dictum est : Placet , placet , vt custodiantur ab omnibus. Genadius episcopus dixit : Si (quod non opinamur) ab aliquo fuerint violata , quid statuitis , quod fieri debeat ? Ab vniuersis episcopis dictum est : Qui contra suam professionem vel subscriptionem venerit , ipſe ſe ab hoc cœtu separabit. Genadius episcopus dixit : Gratulemur Domino nostro prestante , quod pro ſtatu ecclesiæ catholicæ cuncta

nos